



Disputatio juridica inauguralis de pactis

<https://hdl.handle.net/1874/347242>

29.

DISPUTATIO JURIDICA
IN A U G U R A L I S
D E
P A C T I S,

Q U A M,

FAVENTE DEO TER. OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. HERMANNI van HALEN,

S.S. Theologiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii, Verbiq; Divini ibidem in
Ecclesiâ Præconis,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis
ritè & legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

ALBERTUS AB OVERMEER, Ultraject.

A.D. 29. Julii, hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clō lōc Lxxxix.

Spectatissimo atque dignissimo Viro,

D. ALBERTO AB OVERMEER,

Avo meo, summa reverentia mihi colendo, atque in æternum venerando.

NEC NON

Consultissimo ac prudentissimo Viro

D. JOHANNI DE GOYER,

ante bellum Gallicum aggeris qui leccam coërcet a secretis Avo meo, filiali amore prosequendo, atque honorando,

Hanc Disputationem Inauguralem

Offert

ALBERTUS AB OVERMEER.

Author.

DISPUTATIO JURIDICA
 INAUGURALIS
 DE
 PACTIS.
 THESIS I.



Re erit priusquam ad pacti definitionem perveniamus, pauca de vocis origine differere, quæ ab Ulpiano magis ad rerum naturam, quam grammaticorum derivationem attendente a pactione deducitur ac a paciscendo dicitur. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* quamvis etiam hæ voces pactionis & pacti promisque apud veteres aliosque optimæ notæ scriptores sumantur proprie tamen loquendo pactio est ipse actus contrahendi, pactum vero jus inde existens. *Perez. ad tit. C. de pact. n. Treutl. ad eund. Thes. 1. lit. a.*

I I.

Pactum est nomen generis & speciei, uti voces, lex, ad-
 optio, cognatio, notio &c. atque ita in genere sumptum æque
 late patet ac conventio ita & sub se omnes contractus compre-
 hendat *l. 1. §. 2. ff. l. 20. C. h. t. l. 8. §. 15. ff. de præscr. verb. l. 6. C. de jure dot.* in specie autem illam conventionem quæ con-
 tractui opponitur *l. 7. §. 5. ff. h. t. l. 10. l. 13. C. eod.* ac dicitur
 alias lex *rot. tit. ff. de l. commiss.* conventio *l. 23. ff. h. t. consen-
 sus l. 16. C. de pact. pollicitatio l. 5. C. de committ. vel contr. sti-
 pul. pactum conventum l. ult. in pr. ff. de pact. dotal.*

I I I.

Pactum itaque generaliter acceptum est duorum, plurium-

ve in idem placitum consensus *l. 1. §. 2. h. t.* estque duplex vel contractus vel pactum in specie. Contractus est conventio suâ naturâ actionem ad agendum efficacem producens, pactum in specie est conventio nudis placiti finibus subsistens naturalem tantum non civilem obligationem producens *l. 27. ff. loc. l. 7. in pr. & §. 4. ff. h. t.*

I V.

Pactum est vel publicum vel privatum *l. 5. ff. h. t.* publicum est cum persona publica de causa publica paciscitur privatum, quod privati de re sua familiari ineunt *d. l. 5. ad pacta publica spectant fœdera induciæ & similia privati non vera publici pacti species est, cum princeps cum subditis paciscitur, puta, emendo vel vendendo aliquid.*

V.

Pactum porro est vel expressum vel tacitum: hoc fit consensu expresso, voce, verbis vel literis declarato *l. 2. ff. h. t.* Tacitum cum lex ex facto aliquo consensum præsumit *l. 2. 3. ff. h. t. l. 4. in quib. causis pign. vel hypoth. tac. contr.* ut cum creditor reddiderit chyrograpum debitoris obligationem remississe videtur *l. 2. §. 1. ff. h. t. Perez. ad tit. C. de pact. n. 2.* reddito tamen pignore debitor ab obligatione non liberatur *l. 3. ff. h. t.* sic & invecta & illata in prædium urbanum tacite locatori pro mercede sunt pignori *l. 4. ff. h. t. l. 24. ff. in quib. causis pign. vel hypoth. tacite contr.* illata autem in prædium rusticum non aliter sunt pignori, nisi id inter contrahentes conventum sit *l. 4. ff. l. 5. C. h. t. l. 5. C. loc.* ratio differentię videtur esse quod in prædiis rusticis quotannis fructus nascantur, iisque locatori satis cautum sit in urbanis autem cum nihil nascatur quo domini securitatis consulatur prospiciendum, ipsi fuit ut illata & invecta in prædium urbanum tacite essent pignori *l. ult. C. in quib. causis pign. vel hypoth. tac. contr. l. 4. ff. de pact. Talden. ad tit. in quib. causis Christin. vol. 3. decis. 10.*

VI. Sic

VI.

Sic & pactum est vel legitimum vel nec legitimum *l. 6. ff. h. t.* legitimum est, quod speciali lege, Scto, aut constitutione principis est confirmatum tale est pactum donationis *l. 35. §. fin. C. de donat.* dotis *l. 6. C. de dot. promiss.* constitutæ pecuniæ *l. 1. ff. const. pecun.* hypothecæ *l. 1. ff. de pign. act.* at hæc pacta non pariunt actionem ex se & sua natura sed ex speciali illa lege quæ pacta confirmavit.

VII.

Pacta denique sunt in rem vel in personam *l. 7. §. 8. h. t.* in rem est cum generaliter paciscar ne petas *d. l. 7. §. 8.* in personam quoties paciscar ne à persona petas. Illud perpetuum est & heredibus prodest, omnibusque quos non teneri paciscentis interest *l. 25. §. 1. l. 40. l. 21. §. ult. ff. h. t.* hoc vero personam non egreditur *l. 17. §. 3. ff. h. t.* utrum autem in rem an in personam sit si dubitetur, in rem potius esse præsumitur *l. 7. §. 8. h. t. l. 9. ff. de probat. junct. l. 8. §. 16. ff. quib. mod. pign. solvitur.*

VIII.

Pactum vel contractui incontinenti adjicitur hoc est in initio contractus sive eo tempore quo contrahitur, vel adjicitur ex intervallo *l. 7. §. 5. 6. ff. h. t.* quod si in continenti, adjectum sit contractibus *b. f.*, videtur esse pars contractus cui adjicitur ipsam naturam contractus ita afficere ut actio detur non ex natura pacti sed contractus cui adjicitur *d. l. 7. §. 5.* intervallo autem adjectum non habet eam vim sed retinet naturam nudi pacti, quod in pactis, quæ vulgo detrahentia vocantur limitandum puto ex *l. 72. ff. de contrah. empr.* si vero contractui str. jur. sit adjectum non format actionem sed prodest tantum ad exceptionem *l. 7. §. 5. ff. h. t. l. 13. C. h. t. l. 99 ff. de verb. obl. Cujac. ad l. 7. §. 5. Donell. ad l. 13. C. h. t. Perez. ad tit. C. de pact. n. 24.*

6 DISPUTATIO JURIDICA

IX.

Causa pacti remota est jus tum gentium, tum civile, tum prætorium *l. 1. §. 6. 7. ff. b. t. l. d. circo iis omnibus quibuscum jus gentium commune habemus fides data servanda est l. 21. junct. l. 23. ff. de negot. gest. ut & hostibus l. 5. ff. b. t. l. ult. ff. de legation. Grot. de jure bell. ac paci l. 3. cap. 19, sic & latronibus l. 31. §. 1. ff. de positi hæreticis l. 43. §. 1. ff. de procurat. pactorum causa proxima est consensus paciscentium l. 1. §. pen. ff. b. t. l. 9. ff. de contr. empt. l. 8. ff. de accept.*

X.

Pacisci possunt omnes, qui non prohibentur *l. 43. §. 1. ff. de procur. prohibentur autem aliqui natura, aliqui lege natura consentire non possunt ut infantes, furiosi, mente capti l. 1. §. 12. & seq. ff. de obl. & act. l. 5. 40. ff. de reg. jur. lege prohibentur pupilli quatenus suam conditionem faciant deteriorem l. 28. ff. b. t. l. 2. §. 1. ff. cod.*

XI.

Minores quoque si habuerint curatores de rebus pacisci vel obligari non possunt, si verò non habuerint obligantur quidem sed restituuntur *l. 3. C. de restit. junct. l. 13. ff. de excusat. l. 1. ff. de minor. sic nec prodigi, quibus bonis decreto magistratus interdictum est recte consentiunt, nec paciscuntur, qui in hoc cum furiosis & pupillis comparantur l. 40. ff. de reg. jur. l. 6. ff. de verb. obl. l. 2 §. ff. de fidejuss.*

XII.

Unusquisque porro sibi non alteri recte paciscitur *l. 73. ff. de reg. jur. patitur autem hæc regula exceptionem 1. in iis quæ pro una eademque persona habentur l. 17. §. ult. ff. b. t. l. 5. §. pen. ff. de const. pecun. 2. quando nostra interest sic pactum debitoris prodest fidejussori. l. 2. §. ult. ff. b. t. pactum itaque curatoris nec tutoris donationis causa factum non nocet minori vel pupillo*

pupillo *l. 22. C. b. t.* hæ enim personæ loco domini habentur cum recte administrant non vera cum spoliant *l. 7. §. 3. ff. pro empt.* sic nec pactum patris ne a se filiove peratur prodest filio *l. 17. §. 4. ff. b. t.* ita tamen ut filio detur exceptio doli *l. 21. ff. b. t.* quæ pacti est subsidiaria *l. 10. §. 2. l. 7. §. 18. ff. b. t. Bacchov. ad Trentl. vol. 1. disp. 6. lit. ff.*

XII.

Pacisci licet de rebus & factis. Quod ad res requiritur 1. ut res vera existant. *l. 8. in pr. & §. 1. ff. de contr. empte.* aut futuræ saltem sperentur *§. 1. inst. de inut. stip.* 2. ut sint in commercio. *§. 2. ff. eod.* vel absolute vel saltem ejus tantum cui promittuntur *l. 34. ff. de verb. obl.* 3. ut specialiter conventio de iis non sit prohibita sic prohibita sunt pacta quæ repugnant ipsius rei naturæ *l. 17. ff. pro soc.* sic & pactum inter patronum & clientem *l. 5. C. de post.* idque ob suspiciem concussionis & metum clementiæ *l. 3. ff. mand.* ut quoque pactum de futura successione *l. 15. 19. C. b. t.* testamento enim vel lege defertur hæreditas non pacto *l. 3. C. de pact. cont. l. 3. C. de collat.*

XIV.

Excipimus hic tamen pactiones militum, quando stant in procinctu, non tam jure pacti quam ultimæ voluntatis *l. 19. C. b. t.* sic & valet pactum de alicujus tertii viventis successione si scilicet ille tertius consenserit *l. ult. C. b. t.* consensus tamen eo casu expressus sit, necesse est, in eoque consensu usque ad mortem perseveret. Sic nec prohibetur pactum de successione alicujus tertii incerti *l. 3. §. 2. ff. pro socie.*

XV.

Quod ad facta attinet debent esse licita & honesta *l. 35. in pr. & §. 1. l. 72. ff. de verb. obl.* excluduntur hic erga pacta quæ turpem causam continent *l. 27 §. 4 ff. b. t.* sic quoque improbatum pactum de delicto futuro *d. l. 27. §. 3.*

XVI. Effc.

XVI.

Effectus nudi pacti consistit in eo quod tantum profert actionem naturalem illo jure efficacem *l. 1. in pr. l. 7. pr. l. 5. §. 2. ff. de solut.* unde impedit conditionem indebiti *l. 13. 64. ff. de cond. indeb.* locum facit exceptioni & compensationi *l. 6. ff. de compens.* ut & novationi *l. 3. ff. de novation.* in constitutum deduci potest, *l. 1 § 7. ff. de const. pecun.* pignus admittit *l. 1. pr. ff. de pign. act.* & fidejussorem *l. 6. §. ult. ff. de fidejuss.*

XVII.

Tollitur denique pactum prius per posterius non ipso jure sed ope exceptionis *l. 27. §. 2. h. t.* concurrit cum hac exceptione, exceptio doli, dolo malo facere dicitur quicumque id, quod quacumque exceptione elidi potest, petit *l. 2. § 4. c. §. seq. de dol. mal. except.* ac ita pacti obscuri interpretatio contra eum facienda est qui potuit apertius legem dicere *l. 39. ff. h. t. l. 21. 33. ff. de contr. empr. l. 172. ff. de reg. jur.*

